

magis contraire et detrahere quam | assistere et astipulari consuevit, omnium fidelium devocioni nota esse volumus villarum vocabula, in quibus bona hereditatis mee sita sunt et in quem modum ecclesie sunt tradita. Hec enim sunt Helfeden, Corenbeche, Huneleive. Quicquid enim in his villis mihi hereditario iure successerat, cum omnibus redditibus et utilitatibus cultis et incultis viis et inviis pratis silvis pascuis exitibus et redivibus 5 aquis aquarumve decursibus super prefatum altare delegavimus. Modus autem traditionis talis est, ut ipsius loci episcopus omnia ad utilitatem ecclesie disponat exceptis duobus mansis in Delze et dominicali nostro in Huneleive et quarta parte navigationis ibidem et parte pomerii et ecclesiam in eodem loco cum hereditate sua ad me pertinentem. Hec specialiter pro anima mea et parentum meorum et in restaurationem bonorum illorum ex 10 parte, que marchioni Cōrado concessimus, in usus canonicorum Nuenburgensis ecclesie de domo tradidimus. Eodem et tempore mulierem quandam de familia nostra in eadem civitate maritatam nomine Basiliam cum liberis suis et omni posteritate sua et fratrem suum Theodericum scolarem petitione cuiusdam familiaris nostri Theoderi decani super prefatum altare beatorum apostolorum Petri et Pauli hereditibus nostris asstantibus et sicut 15 ad superiora pium assensum ad hoc etiam prebentibus in ius ministerialium ad officium pincernarum contradidimus, hanc vero traditionem cum precedenti banno nostro confirmavimus et inpressione sigilli nostri consignavimus subscriptis testibus asstantibus, audientibus et videntibus. Berchtoldus maior prepositus. Theodericus decanus. Cōradus prepositus sancti Mauricii. Guntherus custos. Heinricus magister scholarum et fere omnes eiusdem 20 ecclesie canonici. Laicorum magna multitudo affuit, de quibus istos scripsimus. Lōdewicus de Wipera. Hesicus de Brunstede. Godebaldus de Nuenburg. Fredericus frater eius de Wisendorf. De ministerialibus. Erbo. Martinus. Volchinus. Harwicus. Heinricus.

Acta est hec traditio anno M̄ c̄ xl̄ v̄, indictione octava, regnante Cōrado rege Romanorum secundo, anno vero regni eius octavo, marchione Cōrado eiusdem ecclesie 25 advocato, in ecclesia cathedrali Nuenburgensi.

186.

Bischof Udo von Naumburg bekundet die Verlegung des Cisterzienser-Konventes von Schmölln nach Pforta und verspricht, daß die Brüder wegen des geringeren Werthes des letzteren Ortes von ihm und seinen Nachfolgern entschädigt werden sollten; er zählt die Besitzungen des Klosters auf, fügt neue 30 hinzu und bestätigt alle Güter, welche das Kloster erworben habe und noch erwerben würde. — Zeugen: Markgraf Konrad, Markgraf Otto, dessen Sohn, und Graf Heinrich, Bruder des Landgrafen.

1145.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 58. Das sehr gut erhaltene S. hinten aufgedrückt. Die Urkunde ist in Kloster Pforta geschrieben.

35

Gedr.: Wolff, Chronik des Kl. Pforta 1,106 (Uebersetzung).

Ann.: Vergl. No. 138.

— — Ut igitur hec rata et in perpetuum inconvulsa permaneant, presentem exinde paginam conscribi fecimus, quam sigillo nostro signatam idoneorum testium subscriptione communivimus, quorum nomina hec sunt. Reinhardus episcopus Mersebur- 40 gensis. Volmarus abbas Merseburgensis. Bertoldus prepositus Nuenburgensis. Theodericus